



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLXXIV. De Desolatione terrae Nadroviae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Tent.

Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.

tholichiam; Sed quia Castrenses au-
dierant, quod fratres antea tam po-
tenter alia duo Castra expugnave-
rant, desperati tamque meticulosi
non poterant diu resistere; Sed post
modicam impugnationem pluribus
de Castro vulneratis, aliis cedenti-
bus, fratres violenter intraverunt, &
occisis viris captisque mulieribus &
parvulis ipsum funditus combusse-
runt.

*brum composuit, qui summa
vel thesarus pauper dicitur.*

*Hoc tempore Rudolphus
Rex Romanorum Ottakarum
Regem Bohemie in bello oc-
cidit, & Ducatum Austria
filio suo Alberto dedit, qui
postea factus fuit Rex Roma-
norum, & filiam suam dedit
filio suo Regis Bohemie oc-
cisi.*

CAP. CLXXIII.

De

Expugnatione Castri Caminis Wike.

Dominus Magister cum magno exercitu pertransivit terram
Nadroviam cum incendio & rapina; & cum pervenisset ad
Castrum Caminisvvikam, situm supra fluvium Arse, ordinatis
modo debito, quæ ad impugnationem sunt necessaria, aggressi
sunt ad Castrum, & vulneratis pluribus ex utraque parte quia
in Castro prædicto erant CC. viri in armis strenui, tandem post
longum bellum cum magna difficultate habitum inter eos, fra-
tres violenter intraverunt, & occisis viris omnibus supradictis,
captis mulieribus & parvulis cum inestimabili prædâ ipsum Ca-
strum penitus cremaverunt.

CAP. CLXXIV.

De

Desolatione terræ Nadroviæ.

Mul-

Multa bella contra hanc terram Nadrovix gesta sunt gloriose, quæ non sunt scripta in hoc libro, quia nimis tædiosum esset singulariter omnia enarrare. Undè Nadrovix licet adhuc haberent magnam potentiam armatorum, & plures munitiones; tamen deposita omni ferocitate se fidei & fratribus subdiderunt, præter paucos, qui terram Lethovix intraverunt, sicque terra Nadrovix prædicta usque in præsentem diem remanet desolata.

CAP. CLXXV.

De

Bello Scalovitarum.

Expugnatis per Dei gratiam Nadrovitis, fratres contra Scalovitas pugnandi acies direxerunt, æstimantes, se nihil egisse, cum adhuc aliquid superesset agendum; & nota, quod aliqua, quæ sequuntur, gesta fuerant infra bellum Nadrovitarum, quia navigio poterat haberi aditus ad Scalovitas, quem Nadrovix commorantes longè à fluvio Memelæ non poterant prohibere.

CAP. CLXXVI.

De

Obsidione cujusdam Castri diuturna & quodam Castro mirabili.

Scalovix habebant unum Castrum circa Raganitam in quodam monte, in cujus obsidione Rutheni cum maximo Exercitu fuerunt IX. annis ante ingressum fratrum domus Teutonice in terram Pruschix. Tandem Rutheni fatigati laboribus & expensis, quæ fuerunt ab obsessis, de quo cibo viverent, qui respon-